Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·y·d·

fcm ex mlie fcm sb lege ut eos qui sb lege erant
redimet ut adoptionem filiorum recipiamus. Quia
autem estis filii dei misit deus spm filii sui in corda ue
stra clamantem abba pater Itaq; non es seruus sed filius.
Si autem filius et heres per deum. Gra. Speciosus forma
p filios hominum diffusa est gratia in labiis tuis. v. Eructa
uerunt cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi ca
lamus scribe uelocis scriptoris. Alleluia. v. Dominus
regnauit decorem induit induit dominus fortitudinem et precinxit se. v. Secum
dum Mattheum. Erat ioseph et maria mater ihu
mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit
illis simeon et dixit ad mariam matrem eius. Ecce
positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum israhel
et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertran
sibit gladius ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.
Erat anna prophetissa filia phanuel de tribu
aser. Hæc processerat in diebus multis et vixerat cum uiro
suo annis septem a uirginitate sua. Et hæc uidua usque
ad annos octoginta quatuor quæ non discedebat de templo
seruiens deo nocte et die. Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur
deo omnibus qui expectabant redemptionem israel.